USUARDUS. BENEDICTUS DE NURSIA. GRANUM PASSIONIS. VARIA
Melk, bald nach 1418 Seite 359
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41388
Copyright: Melk, Benediktinerstift





gularis. Quod si neque sic correxerit. tunc
deiciatur de ordine prepositure. et alius
qui dignus est in loco eius subrogetur.
Quod et si postea in congregatione quietus
et obediens non fuerit. et de monasterio ex
pellatur. Cogitet tamen abbas se de omnibus
iudiciis suis deo reddere rationem. Ne
forte zeli aut inuidie flamma urat
animam. De hostiariis monasterii. 66.

Ad portam monasterii ponatur
senex sapiens. qui sciat accipere
responsum et reddere. et cuius
maturitas eum non sinat uagari.
Qui portarius cellam debet habere iux
ta portam. Ut uenientes semper pre
sentem inueniant. a quo responsum
accipiant. Et mox ut aliquis pulsa
uerit. aut pauper clamauerit. deo gra
cias respondeat. aut benedicat. et
cum omni mansuetudine et cum timore dei
reddat responsum festinanter cum
feruore caritatis. Qui portarius si
indiget solacium iuniorem fratrem
accipiat. Monasterium autem si pos
sit fieri ita debet constitui. Ut omnia
necessaria. i. aqua molendinum
pistrinum ortus uel artes diuer
se infra monasterium exerceantur.